

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 8

urn:nbn:de:bsz:31-105849

cipuum & fundamentale, DEUM in personis trinum esse, hoc nec Judæus, nec Gentilis credit, imo ambo pertinacissimè negant & impugnant: non ergo ulla ratione poterit una esse Religio inter illos, qui circa præcipuum ac primum fundamentum & caput credendorum in contradictorio versantur; addo de Gentilibus plane non cogitandum esse, ex ipsis quid desumi posse, cum religio credenda primum respiciat, circa quæ fides versatur, quam Gentiles nec habent, nec habere possunt, verbo DEI destituti, imo quæ possit ab eo peti religio, qui *Abz* est. Ephes. 2. 12. Non multum autem hæc species differt à *Syncretismo universalissimo & crassissimo*.

§. 8.
Eclogaria
Media
die mittlere
Art.

§. 8.
Jam porro *Eclectica illius Religionis Prudentum* alteram speciem *Mediam* facit, wam man auß allen Secten der Christlichen Religion etwas außleset/ was einem wahr zu seyn deuchret/ cum scil. quis ex tribus religionibus, Socinianismo, Arminianismo, &c. Quackeris, sive ut p. 7. c. 25. loquitur, auß dem ganzen Christenthum etwas zu wehlen vornimt. Et hæc iterum species *eclogariae religionis* non novum quid est, sed *Syncretismus* quasi minor, de quo supra, & *Syncretismus, Arminianus* ac *Socinianus*, de quo b. D. Danh. Myster. *Syncret.* p. 20. *Arminianus Syncretismus est, qui passis velis omnes religiones admittit, adq. Libertinismum terminatur, nominatim se miscet Socinianismo, uti probant peculiaribus commentariis Vedel. in arcan. Arminian.* Ubi illud notandum, quod *Vedelio auctore, in catalogo præfixo lib. primo, Arminiani statuunt, ea dogmata tantum necessaria esse ad salutem, quæ extra controversiam sunt inter Christianos, sive apud omnes in confesso sunt. Necessaria esse ea, quæ clara & manifesta sunt omnibus Christianis, seu ab omnibus agnoscuntur. Photiniani Syncretismi hæc sunt Problemata apud Osterod. cap. 27. Das ist die rechte Liebe Christi/ daß man mit unterschiedenem Verstand/ in Christlichen Religions-Sachen einer den andern trage/ oder um unterschiedenen Verstands willen/ von etlichen Dingen/ einer den andern nicht richte noch verdamme; --- Worauß folget/ daß ein jeglicher/ welcher Christo vertrauet/ und Ihm gehorsam ist/ er discrepire und sene unterschieden von uns in andern Puncten der Religion/ wie er auch wolle/ für einen Bruder*

Bruder in Christo gehalten werden/ und derhalben für ein Glied-
maß seiner Gemein soll gehalten werden; volumus hæc ex
b. D. Danhavv. addere, ut constaret, novi nihil quoad rem,
sed tantum eadem sub novis proponi nominibus, & hanc *reli-*
gionem eclecticam prudentum, proflus nihil esse aliud, quam *Syn-*
cretismum exolum & proscriptum, voce autem amabiliorem;
sub *religione prudentum* jam in scenam productum, proscriben-
dum denuo, ut infra ostendetur.

§. 9.

Ultimam jam in hoc capite proponit *speciem minorem*, die
kleine Art/ wann man bloß bey denen drey Haupt-Religionen
bleibet/ und in denselben nach seinem Gefallen wechset/ & hic est
ille *Syncretismus specialis*, qui seculo nostro mirè placet, autori
etiam probatur maxime, c. 8. p. 27. ich halte dafür/ daß solches
auff das geringste nicht kan gemißbilliget werden/ quem *Syncre-*
tismum b. nostro D. Danhavvero Myster. Syncret. p. 38. §. 18.
placuit appellare, *Temperativum*, qui *delectu eclogario*, remissione,
divisione dogmatum, sensuum articulorum fidei crasin (medium, seu
neutrum, seu ex utroq; compositum) conficit. scil. Potamen. Alexandr.
apud Diog. Laert. ἐκλεξιμῶν τινὰ ἀρετῶν invexit, eligens τὰ ἀρετῶν
τὰ ἐξ ἑκάστης τῶν ἀρετῶν, quo pertinet Macedoniana harmonia,
quæ τὸ ὁμοίσιον & ἑτερόσιον per τὸ ἰσοίσιον composuit. An non
hæc ipsa est illa religio Philosophica, quam autor toties incul-
cat, & ab exemplo philosophiæ eclecticæ probat? vid. libelli
pag. 8. B. D. Bebelio coll. A. S. p. 7. *Specialem Syncretismum* hunc
placet describere, qui tres eminentiores inter Christianos religiones,
Papismum, Lutheranismum, & Calvinismum in gremium veræ Eccle-
siæ recipit, eo quod omnes tres religiones idem habent fundamentum.
Sufficere hæc videntur ad explicationem cap. 2. è quorum al-
legatione & applicatione jam facilius erit formare judicium, &
ferre sententiam, de iis, quæ in sequentibus capitibus erunt mo-
nenda; sequitur ergò

§. 9.
Minor.
die kleine
Art.

CAPUT III.

§. 1.

Postquam ergo fictus Ermeling, in genere de variis speciebus
religionis prudentum differuit, de singulis judicium fert capiti-
bus

§. 1.
Ordo.